

## EXTERNI.

## QVIDAM PHILOSOPHI.

**L**ibertus regius repentinis opibus in-  
 flatus, Philosophos aliquos ad cœ-  
 nam inuitauerat, qui cū de rebus variis ex  
 more differerent, & quæstiones eorum  
 non intelligenti, perridiculæ viderentur,  
 alludens Libertus: Immò agitè, inquit, ô  
 conuiuæ, dicite mihi quid causæ est, quod  
 ex albis nigrisque fabis, non nisi vnius  
 coloris efficitur pulmentum? Tangit &  
 modestos animos indignitas: igitur arri-  
 dens vnus ex Philosophis, non passus has  
 ineptias: Quin tu nobis edissere, cur de al-  
 bis & de nigris flagris, vniformes maculæ  
 resultant: satis mordaciter, præteritæ ser-  
 uitutis elatum, præsentibus admonuit.

## PHILIPPVS MACEDONVM REX.

**P**hilippus rex Macedonum, is cum  
 quo Romani primum bellum Mace-  
 donicum gessere, iocosior etiam inter Se-  
 ria fuisse traditur, quàm deceret regem.  
 Is cum ad T. Q. Flaminiij multorumque  
 Græciæ Principum colloquium venisset,  
 & disceptatio de altissimis rebus esset, v-  
 bi suus regni que sui status vertebatur di-  
 cente Aetholorū prætor Phanea, Quid  
 multis verbis opus est, inter nos bellum

[k. iij.]